

tur impedimentum. Et vitia quidem atque peccata monium ad se diluuntur omnia, ut si quis contaminauerit suū cor. <sup>cross</sup> ordines pus cum plurimis, quas nulla coniugij lege sociae. admitti posse rit, remittantur ei omnia: sed cōiugia non resoluuntur si quis iterauerit. Culpa enim lauacro non lex soluitur. Nulla enim culpa coniugij, sed lex est. Quod legis est ititur, nō remittitur quasi culpa, sed tenerur quasi lex. Ideo Apostolus quasi legem posuit dicens: Si quis sine crimine est vnius vxoris vir. Ergo quia sine crimine est vnius vxoris vir, teneatur ad legem sacerdotij suscipiendi. Qui autem iterauerit coniugium, culpam quidem non habet coquinati, sed prærogatiua exiuitur Sacerdotis. Diximus quid legis est, dicamus etiam quid rationis. Sed prius cognoscamus, non solum hoc Apostolum de Episcopo & presbitero statuisse, sed etiam Patres in <sup>Patres Nicen</sup> concilio Niceni tractatus addidisse, neque clericum <sup>ne clericū qui-</sup> quemquam debere esse qui secunda coniugia sorti- <sup>dem esse posse</sup> tūs sit. Quomodo enim potest consolari viduam, ho- <sup>statuerūt, quā</sup> norare, cohortari ad custodiendam viduitatem, ser- <sup>secunda coniugia sit sortitus</sup> uando marito fidem, quam ipse priori cōiugio non reseruauerit? Aut quid interesset inter populum & Sacerdotem si ijsdem astringerentur legibus? Debet preponderare vita Sacerdotis, sicut præpōderat gra- <sup>tim</sup> tia. Nam qui alios præceptis suis ligat, debet ipse le- gitima præcepta in se custodire. Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 82.

Et post paullulum ait: \* Vnius vxoris virum. Si ad <sup>\* 1. Tim. 3.</sup> superficiem tantum litterę respiciamus, prohibet di- gamum Episcopum ordinari. Si vero ad altiorē sen- sum consendumus, inhibet Episcopum duas usurpa- <sup>re Ecclesiā. Tom. 4. lib. de dignitate sacerdot. Cap. 4.</sup>

## C A P V T V N D E C I M V M

### De Sacramento Matrimonij.

1. Matrimonium seu nuptias damnandas non esse.

T      Doce.

*Triplex est  
virtus castita-  
tis coniugalis,  
viduitatis &  
virginitatis.*

*Ita predicari  
debent virgo-  
nitas et viu-  
etas, ut coniug-  
io suis hono-  
res referueretur.*

*Christus docu-  
it non esse da-  
mnandas nu-  
ptias.*

\* *1. Cor. 7.*

*Onera matri-  
monij.*

*Propter one-  
ra & difficul-  
tates coniugij  
non effe viro  
ab uxore dis-  
cedendum.*

**D**ocemur triplicem esse castitatis virtutem: Vnam cōiugalem, aliam viduitatis, tertiam virginitatis. Nō enim aliam sic prædicamus, vt excludamus alias. Suis quibusque professionibus ista conducunt. In hoc Ecclesiæ opulens disciplina, quod quoſ præferat habet, quoſ reiçiat, non habet, atque vñam habere numquā posſit. Ita igitur virginitatem prædicamus, vt viduas non reiçiamus. Ita viduas honoramus, vt suus honor cōiugio referuerur. Non hoc nostra præcepta, sed diuina testimonia docent. Reminiscamur itaque quemadmodum Maria, quemadmodum Anna, quemadmodum Sussanna laudentur. *Tom. I. lib. de viduis.*

Est ergo etiam ecclesiī voce probata virginitas, dominicisq[ue] expetenda præceptis. Quo loco magisterium diuina vocis imitemur. Nam cū in superioribus coniugium membrauerit nō esse folendum nisi ex cauſa fornicationis, in posterioribus integratatis gratiā donūque cōtexuit: vt doceret non damnandas esse nuptias, sed probandas, nuptijs tamen ipsis integratatis studia præferenda. Quis enim tā auersus à vero qui nuptias damnet? Sed quis tam alienus à ratione, qui coniugij onera non sentiat?

\* Etenim mulier innupta & virgo, cogitat quae sunt Domini, vt sit sancta corpore & spiritu. Nā quae nuptia est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro. Et prater has molestias quamvis nubendo non peccet, contritionem tamē habebit carnis huiusmodi. Grauis enim partus labor est, grauis creandorum & erudiendorum liberiorum molesta. Quidam ante præscripsit, ne quis huiusmodi auerteretur iniurijs.

Multe enim in partus doloribus cōstitutæ, coniugio & difficultate renunciare dicunt. Multi etiam matrimonij onerates coniugij rā non ferentes, alieno ab vxore auertuntur affectu. non effe viro Et ideo Apostolus ante p̄misit: Iunctus es vxori? ab uxore discedendum noli querere solutionem. Et bene ait: Iunctus es pulantur, & quibusdam inuicem sibi habenis amoris astricti

stricti sunt. Bona igitur vincula nuptiarum, sed tam  
men vincula: & si vincula, tamen vincula caritatis. *Bona sunt nra*  
Bonum coniugium, sed tamen à iugo tractum, & iu-  
go mundi, ut viro potius cupiat placere, quam Deo.  
Bona etiam vulnera caritatis, & osculis præferenda.  
\* Ut iliora enim vulnera amici, quam voluntaria oscu- \* *Prouer. 20.*  
la inimici. Denique Petrus vulneratur, Iudas oscula-  
tur. Illum oscula condemnant, hunc vulnera emen-  
dant. Illius osculis proditoris vulnera funduntur,  
istius lacrymis culpa lauatur. Itaque ut ostenderet  
sermo propheticus bona vulnera caritatis, Ecclesia  
dicit in Canticis canticorum: Quia vulnerata cari-  
tate ego sum. Nemo ergo vel qui coniugium elegit, *Nemo qui con*  
reprehendat integratem: vel qui integratam se iugum elegit,  
quitur, condemnat coniugium. Namque huius sen- *reprehendat*  
tentie aduersarios interpretes damnavit iamdudum *virginitatem: ec*  
Ecclesia, eos scilicet qui audeant soluere copulam *qui virginitas*  
coniugalem. Audite enim quid dicat sacrosancta Ee- *tē sequitur, nō*  
clesia: \* Veni frater meus, examus in agrum, requi- *condemnet cō*  
escantur in castellis, diluculo surgamus in vinea; vi- *ingium.*  
deamus si floruit vitis. Multos ager fructus habet, \* *Cant. 7.*  
sed ille melior est qui & fructibus redundat, & flori-  
bus. Est ergo Ecclesiæ ager diuersis secundus copijs. *Ecclesiæ secum*  
Hic cernas germina virginitatis flore vernantia, illic da diuersis fru-  
tamquam in campis filigridiuitatem grauitatem pol- *ctibus.*  
lentem, alibi tamquam vberi fruge coniugij Ecclesiæ  
segetem replentem mundi horrea, ac veluti marita-  
tæ vineæ fructibus torcularia Iesu Domini redudan-  
tia, in quibus fidelis coniugij fructus exhuberat. *Tom.*  
*1.lib.3.de virginibus.*

Tunc Iesus ductus in desertum à Spiritu, ut tenta-  
re. ut à diabolo. ] Multilaquei quacumque progre- *Homini Chri-*  
dimur: Laquei in corpore, laquei in lege, laquei in *stano multæ*  
pinnis templorum, in crepidinibus parietum tédun- *collocatus in*  
tur à diabolo. Laquei in philosophis, laquei in cupi- *fidei.*  
ditatibus. Oculus enim meretricis, laqueus est pec-  
catoris. Laqueus in pecunia, laqueus in religione, la-  
queus in studio castitatis. Exiguus enim momentis

292 Confessionis Ambrosianæ Lib. III.

**Ecclesia ana-** mens inclinatur humana, & hoc atque illuc pro ver-  
ghe mate eos se fatia suadentis frequenter impellitur. Vider aliquem  
**rit qui nuptias** diabolus integrum & illibatae castitoniæ virū, sua-  
**damnare au-** det ut nuptias damnet, quo ejiciatur ab Ecclesia, &  
**dent.** studio castitatis à casto corpore separetur. **Tom. 5. lib.**

4. *Comment. in cap. 4. Luce.*

Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos.] Quod neque ille qui studijs intentus inferioribus confessiones sibi terrenas coemit, regnum cœli possit adipisci, cum Dominus dicat: Vende omnia tua, & sequere me. Nec ille qui emat boues: cum He isœus occiderit, & populo diuiserit quos habebat. Et ille qui duxerit vxorem, cogitet quæ mundi sunt, non quæ Dei. Non quo coniugium reprehendatur, sed quia ad maiorem honorem vocetur integritas: quoniam mulier innupta & vidua cogitat quæ sunt Domini, ut sit sancta corpore & spiritu. **Tom. 5. lib. 7. Comment. in cap. 14. Luce.**

**Coniugium non  
est reprehendendum.**

**Secundas nu-** **S**ecundas nuptias non prohibemus, sed non sua-  
**pias non esse** demus. Alia est enim infirmitatis contemplatio,  
**prohibendas.** alia gratia castitatis. Plus dico, non prohibemus se-  
**Sepe repetitas** cundas nuptias, sed non probamus sepe repetitas.  
**nuptias non ad-** Neque enim quicquid licet, & decet. \* Omnia mihi  
**modum probat** licent, dicit Apostolus, sed non omnia sunt utilia. Et  
**Ambrosius.** vinum bibere licet, sed plurimum non decet. Licet  
**\* 1. Cor. 6.** ergo nubere, sed pulchrius est abstinere. Sunt enim  
vincula nuptiarum. **Tom. 1. lib. de viduis.**

**Beator erit si sic permanferit secundum meū con-**  
**fīlūm.**] Cum dicit nubat, lege loquitur naturali,  
**Secunde na-** quamquam à Deo primæ nuptiæ sint, secundæ vero  
**ptiæ permisæ** permisæ sunt. Denique primæ nuptiæ sub benedi-  
**sunt propter** ctione Dei celebrantur sublimiter: secundæ autem  
**incontinentiā** & in præsenti carent gloria. Concessæ sunt autem pro-  
pter incontinentiam, & quia solent viduarum iuni-  
ores incurtere: ac per hoc concedit secundas. Sed  
quia melius est ut se contineat, ut dignior sit in fu-  
ro,

ro, consilium dat spiritali ratione præcipuum, vt  
se contineat. Tom. 5. in cap. 7. 1. ad Corinths.

III. Matrimonium vere & proprie sacramen-  
tum esse, solaq[ue] morte dissolu*i*.

**M**ater & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei au-  
diunt & faciunt.] Moralis magister, qui de se  
ceteris præbet exemplum, atque ipse præceptor, ipse  
etiam iuorum executor est præceptorum. Præscri-  
pturus enim ceteris: Quoniam qui non reliquerit  
patrem aut matrem suam, non est Filio Dei dignus,  
sententiæ huic primus ipse se subiecit. Non quo ma-  
ternæ refutet pietatis obsequia, (Ipsius enim præce-  
ptum est: \* Qui non honorauerit patrem aut ma- \* Exod. 10.  
trem morte moriatur) sed quia paternis se mysterijs  
amplius quam maternis affectibus debere cognoscat. Neque tamen iniuriose refutantur parētes, sed  
religiosiores copula mentium docentur esse, quam  
corporum. Ergo nō debuerunt foris stare, qui Christum  
videre quārebant.\* Prope est enim verbum in \* Rom. 10.  
ore tuo, & in corde tuo. Intus igitur verbum, intus  
& lumen. Vnde & ille ait: \* Accedite ad eum, & illu- \* Psal. 33.  
minamini. Si enim foris stantes nec ipsi agnoscuntur  
parentes, & propter nostrum fortasse non agnoscun-  
tur exemplum: quemadmodum nos agnoscimur si  
foris itemus? Nec putet aliquis offendiculum esse pi-  
etatis, vbi mandatum legis impletur. Si enim relin-  
querit homo patrem aut matrem, & adhærebit uxori  
sua,\* & erunt duo in carne una, recte sacramentum \* Ephes. 5.  
hoc in Christo seruatur & Ecclesia. Tom. 5. lib. 6. Com-  
ment. in cap. 8. Luce.

Mysterium hoc magnum est, ego autem dico in  
Christo, & in Ecclesia.] Mysterij sacramentum gran- *Sacramētum*  
de in unitate viri ac fœminæ esse significat. Nec hoc *magnū est in*  
prodit, sed aliam causam quæ non discordet à me- *unitate viri*  
morato mysterio flagitat, quam scit ad profectum & *fœmine.*  
humanigenoris pertinere, hoc est, Ecclesia & Salua-  
toris, ut sicut relictis parentibus homo uxori sua ad-

294 Confessionis Ambrosianæ Lib. III.

hæret, ita & relicto omni errore, Ecclesiæ adhæreat  
& subiiciatur capiti suo, quod est Christus. Tom. 5. in  
cap. 5. Epst. ad Ephes.

Denique ideo tentatur Saræ pudicitia, vt exigatur  
omnium. Nam & Abimelech in vxorem sibi eam  
sunserat.\* Et dixit ei in nocte Deus: Ecce tu morieris  
**\* Gen. 20.**  
**Adulterii dis-** propter rauli erem. Aduersimus adulterium diuino  
**umo iudicio** iudicio morte puniri. Ideoque addidit: Hæc autem  
**morsie punitur** commoratur cum viro. Habent quidem omnes viri  
mulierisque concubitus nulla legitimi matrimonij  
forte celebrati suam culpam. Dicite etiam, qui ad  
gratiam baptismatis renditis, velut quidā fidēi can-

**Nulli licet scire** didati continentia disciplinam sobriam. Nulli licet  
re mulierem scire mulierem præter vxorem. Ideo coniugij tibi  
**præter vxore**, datum est ius, ne in laqueum incidas, & cum aliena  
**\* 1. Cor. 7.**  
**Mar. 6.**  
**Non licet ma-** mulier delinquas. Iunctus es vxori, noli querere  
solutionem, quia\* non licet tibi vxore viuente, vxo-  
rem ducere: nam & aliam querere, cùm habcas tu-  
am, criminis est adulterij: hoc grauius, quod putas pec-  
cato tuo auctorarem lege querendam. **Tom. 4 lib. i.**  
**de Abraham patriarcha, Cap. 7.**

Omnis qui dimittit vxorem suā, & dicit alteram,  
mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur.]  
**Qui vxore ds-** Noli vxorem dimittere, ne Deum tuæ copule diffi-  
mittit Deū au- tearis auctorē. Etenim si alienos, multo magis vxo-  
rem copula-rios debes tolerare & emendare mores. Audi quid  
fua esse diffi- dixerit Dominus: Qui dimittit vxorem, facit eam  
teur. mœchari. Etenim cui non licet viuente viro, mutare  
**Nō licet vxo-** coniugium, potest obrepere libido peccandi. Itaque  
**re repudiate** qui auctor erroris, etiam reus culpæ est. Quò cum  
**viuente viro** parvulis facta dimittitur? Quò titubanti vestigio  
**alij subere.** grandæua detruditur? Durum, si excludas parétem,  
pignora tenetas: vt ad contumeliam caritatis, addas  
etiam pietatis iniuriam. Durius, si propter matrem  
etiam filios simul pellas, cùm magis redimere à pa-  
tre liberi debeant culpam parentis. Quàm periculo-  
sum, si fragilem adolescentulæ ætatem errori offeras?  
**Quàm impium,** si eius destitutas senectutem, cuius  
deflo-

## Cap. XI. De Sacramento Matrimonij. 295

defloraueris iuuentutem? Ergo inhonoratū stipendijs, & veteranum Imperator dimittat inglorium, atque imperij sui possessione detrudat, & rusticum laboris effectū agro suo propulsat agricola? An quod in subditos nefas est, in comparem fas est? Dimitis ergo vxorem quasi iure sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana nō prohibet, sed diuina prohibet. Qui hominibus obsequeris, Deum verere. Audilegē Domini, cui obsequuntur etiam quileges serunt: \* Quæ Deus coniunxit, homo non separat. <sup>\* Matth. 19.</sup> Sed non solum hīc cœlestē præceptum, sed quoddam etiam opus Dei soluitur. Paterisne, oro, liberos tuos Matrimonij viuente te esse sub vitrico? aut incolumi matre de- <sup>opus Dei.</sup> gere sub nouerca? Pone, si repudiata non nubat: & hāc viuo viro tibi debuit displace, cui adulterio fidem seruat? Pone, si nubat: necessitas illius tuum Qui repudias crimen est: & coniugim quod putas, adulterium tam à viro do est. Quid enim refert, vtrum aperta criminis confessio, adulterio, an mariti specie adulteriū admittas? nisi quod committis. grauius est legem criminis fecisse quam furtū. Tom. 5. lib. 6. Comment. in cap. 16. Luce.

Vxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam.] Hoc Apostoli consilium est, vt si discesserit propter malam conuersationē viri, iam innupta maneat. Tom. 5. in cap. 7. Epist. 1. ad Corinth.

Non putauit hic prætereundum, quod ex aduersarij nostris plurimi obseruarunt, Ambrosium paullo post in explicatione eiusdem capitū 7. Epist. 1. ad Corinth. vīre, si ab uxore adultera diuortiū faciat, vt alij nubat permittere mulieri, vt nūc dictum est, non permittere. Verba illius hæc sunt: Et virum uxorem non dimittere. ] Subauditur autem excepta fornicatio, causā. Et ideo non subiecit dicens sicut de muliere, quod si discesserit manere sic: quia viro licet ducere uxorem, si dimiserit uxorem peccantem: quianon ita lege constringitur sicut mulier, caput enim mulieris vir est. Hec Ambrosius. Que cūm videantur ijs repugnare oua in cap. 16. Luce cum scripsisse meminimus, parem viriisque scilicet mariti ex uxoris conditionem esse, ac neutri licere, ob commissum adulterium,

alterutro repudiato super stite, nouas nuptias contrahere, non  
 \* Lib. 4. Sen- dubitarunt \* Petrus Lombardus & \* Gratianus, quibus ex-  
 sent dicitur. recentioribus assentiantur nonnulli, locum ex Commentario  
 \* In cap. vxor in Epistolam ad Corin: bios mendosum esse, & aliter ab Am-  
 32. quæst. 7. brosio scriptum, vel Amanuensi suo dictatum, quam in libris  
 MS. aut etiam hodie in impressis existet. Quam opinacionem  
 non improbo quidem, magnos enim, ut diximus, auctores ha-  
 \* Lib. 4 Pan- bet: magis tamen probo, quod vir magni iudicij \* Gulielmus  
 plie Euægeliæ Lindanus Episcopus Ruremundensis obseruauit, inter ea teo-  
 simonia nullam esse re ipsa pugnam, & eam, que prima facie  
 appareat, commode tolli posse, si alterum de iure duino, al-  
 terum, quo plus priuilegi viris quam malieribus conceditur,  
 de humano & ciuili accipiat. Eaq; cœciliatio Ambrosij vero  
 bis confirmatur. Inquit in cap. 16. Luce: Dimitis ergo uxo-  
 rem quasi ure sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex  
 humana non prohibet, sed diuina prohibet. Qui hominibus ob-  
 sequeris Deum revere. Audi legem Domini, cui obsequuntur  
 etiam qui leges ferunt, &c. Quæ ostendunt Ambrosium mis-  
 nome confirmare Aduersariorum de duortio opinionem.

#### 111. Matrimonium esse signum coniunctionis Christi cum Ecclesia.

**P**ropter hoc relinquet homo patrem & matrem,  
 & adhæredit vxori suæ, & erit duo in carne vna.]  
 Ad unitatem commendandam unitatem dedit exem-  
 plum, vt sicut vir & mulier vnum sunt per naturam,  
 ita Christus & Ecclesia vnum intelligatur esse per  
 fidem. Mysterium hoc magnum est, ego autem dico  
 in Christo & Ecclesia.] Mysterij sacramentum gran-  
 de in unitate viri & feminæ esse significat. Nec hoc  
 prodit, sed aliam causam que non discordet à me-  
 morato mysterio flagitat, quam scit ad profectum hu-  
 mani generis pertinere, hoc est, Ecclesia & Saluatoris,  
 vt sicut relicta parentibus, homo vxori suæ ad-  
 hæret, ita & relicto omni errore, Ecclesia adhæreat  
 & subiiciatur capiti suo quod est Christus. Tom. 5. in  
 cap. 5. ad Ephes.

V. Extra

V. Extra matrimonium, quamcumque viri &  
mulieris cōmixtionem esse peccatum.

**D**Enique ideo tētatur Sarā pudicitia, vt exiga-  
tur omnium. Nam & Abimelech in vxorem si-  
bi eam sumserat. Et dixit ei in nocte Deus: \*Ecce tu  
morieris propter mulierem. Aduertimus adulteri-  
um diuinū iudicio morte puniri. Ideoquē addidit,  
Hæc autem commoratur cum viro. Habet quidem Oēs viri mul-  
omnes vii mulierisq̄ concubitus nulla legitimi erūq; concubie  
matrimonij sorte celebrati suā culpam. Dilcite etiā tuus nulla legi-  
qui ad gratiam baptismatis tenditis, velut quidam timi matrimo-  
nidi candidati continentiae disciplinam sobriam. nū sorte cele-  
Nulli licet scire mulierem, prēter vxorem. Ideo con- brati habent  
iugij tibi datum estius, ne in laqueū incidas, & cum suam culpam.  
aliena muliere delinquas. Tom. 4. lib. 1. de Abraham  
patriarcha, Cap. 7.

VI. Absque carnali copula verum matrimonio-  
um constare posse.

**N**E illud moueat quod ait: \*Quia Ioseph acce. \*Matth. 1.  
pit coniugem suam, & profectus est in Aegy-  
ptum. Desponsata enim viro coniugis nomen acce-  
pit. Cum enim initiatur coniugium, tunc coniugij  
nomen asciscitur. Non enim defloratio virginita-  
tis facit coniugium, sed paclio conjugalis. Denique galu nō deflo-  
cūm iungitur puella, coniugium est, non cū virili ratio virgini-  
commixtione cognoscitur. Tom. 1. lib. de institutione vir-  
tatis facit con-  
ginis, Cap. 6.

VII. Certos consanguinitatis & affinitatis gradus,  
qui impedian matrimonium, recte ab  
Ecclesia constitutos esse.

**A**Mbrosius Paterno. Paterni quidem vnanimis  
quaquam paternam, vt velis filio neptem copulare Non licet filio  
ex filia, sed nec auo te, nec patre dignā. Itaque quid copulare ne-  
consuleris considera. Omne enim quod agere vo ptem ex filia.

lumus, prius nomen facti eius interrogemus, & tunc  
 vtrum laude an vituperatione dignum sit, existima-  
 bimus. Verbi gratia, miseri mulieri quibusdam vo-  
 luptas est, medicorum etiam pueri corporibus utile  
 ferunt. Sed considerandum vtrum coniugi, an extra-  
 neæ, deinde nuptæ, an innuptæ. Si quis desponta-  
 sibi & tradita vtatur, coniugium vocat. Qui alienæ  
 expugnat pudorem, adulterium facit, cuius vel solo  
 nomine reprimitur plerumque tentandi audacia.  
 Hostem ferire victoria est, reum æquitas, innocentem  
 homicidium. Quod si quis percipiat animo, re-  
 uocat manum. Ergo etiam tu quid consulas, quæso  
 tecum retræctes. Coniugium vis inter filios nostros  
 componere. Quero vtrum pares copulandi, an im-  
 pares sint. Sed, nisi fallor, compares appellari solent.  
 Boues qui iungit ad aratum, equos ad currum, pa-  
 res eligit, & vt ætas conueniat & forma: nec natura  
 discepit, nec decoloret diuersitas. Tu copulare pa-  
 ras filium tuum & neptem ex filia, hoc est, vt accipi-  
 at sororis suæ filiæ, diuersa licet matre quam fucus  
 editus. Interroga nominum religionem. nempe auunculus  
 iste illius, illa huius neptis vocatur. Nec ipse te  
 reuocat sonus nominum, cum hic auum resonet, illa  
 hoc nomen ad auunculum quod ad auum referat?  
 Quanta deinde etiam reliquorum confusio vocabu-  
 lorum. Idem anus & socer vocabere, ea quoque tibi  
 neptis & nurus diuerso nomine nuncupabitur. Mu-  
 tuabuntur etiam fratres diuersa vocabula, vt illa so-  
 crus fratri sis, iste gener sorori. Nuba; auunculo suo  
 neptis, & immaculatorum pignorum caritas illece-  
 brolo amore mutetur? Super hoc igitur meam à san-  
 eto viro Episcopo vestro exspectari sententiam non  
 opinor neque arbitror. Nam si ita esset, & ipse scri-  
 bendum putasset. Non scribendo autem significauit  
 triœles fratres quod nequaquam hinc dubitandum arbitretur. Quid  
 phibet cōueniēt enim est quod dubitari queat, cum lex diuina etiam  
 re in copulam parvulos fratres prohibeat conuenire in cōiugalem  
 cōiugalem. copulam, qui sibi quarto sociātur gradu? Hic autem  
 gradus

gradus tertius est, qui etiā ciuili iure à cōsortio con- Gradus tert.  
iugij exceptus videtur. Sed prius sacra legis scita in- us etiam ciuili  
terrogemus. Prætēdis enim in tuis litteris quod per- iure à consor-  
missum hoc diuino iure connubium huiusnodi pī- sio cōiugij ex-  
gnoribus existimetur, eo quod non sit prohibitum. ceptus vides  
Ego autem & prohibitum assero : quia cum leuiora iur.  
interdicta sunt de patruelibus fratribus, multo magis  
hoc quod arctioris est plenum necessitudinis inter-  
dictum arbitror. Qui enim leuiora astringit, graui-  
ora non soluit, sed alligat. Quod si ideo permisum  
putas, quia specialiter non est prohibitum, nec illud  
prohibitum sermone legis reperies, ne pater filiam  
suam arripiat vxorē. Numquid ideo licet, quia non  
est prohibitum? Minime. Interdictū est enim natu-  
ræ iure, interdictum est legē quæ est in cordibus sui-  
gulorum. Interdictū est iniabolili præscriptione  
pietatis, titulo necessitudinis. Quanta huiusmodi  
inuenies non interdicta lege per Moysen edita, & ta-  
men interdicta sunt quadam voce naturę. Multaque  
sunt quæ licet facere sed non expedit.\* Omnia enim \* 1. Cor. 6.  
licent, sed non expediunt: omnia licent, sed non edi-  
ficāt. Si ergo etiam ab ijs nos reuocat Apostolus quæ  
non edificant, quomodo faciendum putamus quod  
& non licet legis oraculo, & non edificant discrepan-  
te pietatis ordine. Et tamen illa ipsa vetera quæ fue-  
rant duriora, temperata sunt per Euangelium Do-  
mini Iesu.\*\* Transferunt vetera, ecce facta sunt no-  
ua. Quid iam solemne quām osculum inter auuncu-  
lum & neptem, quod iste quasi filiae debet, hæc quasi  
parenti? Hoc igitur inoffensæ pietatis osculum suspe-  
ctum facies de talibus cogitando nuptrijs, & religio-  
sissimum sacramentum caris pignoribus eripies. Sed  
si diuina te prætereunt, saltem Imperatorum præ-  
cepta, à quibus amplissimum accepisti honorē, haud  
quaquam præterire te debuerunt. Nam Theodosius Im-  
perator etiam patruelles fratres, & consobrinos perator retu-  
retuit inter se coniugij nomine conuenire, & seue- it patruelles  
risissimam pœnam statuit, si quis temerare ausus eslet fratres, et cō-  
fratrum

*sobrinos coniu fratum pia pignora, & tamen illi inuicem sibi equa-  
gij nomine in- les sunt, tantummodo quia propinquitatis necessi-  
ter se conuenire tudine & fraternalis societatis ligantur vinculo, pietati  
Paucorū prius relaxatum: Verum hoc legi non præiudicat. Quod  
legia non faci- enim commune statuitur, ei tantum proficit, cui relaxatum videtur. Longe diuersa iniuria. Illud tamea-  
nnt legem com- licet in veteri testamento legimus, ut aliquis uxorem  
munem. suam sororem diceret, istud inaudirum, ut quisquam neptem suam in uxorem accipiat & coniugem dicat. Iam illud pulcherrimum quod negasti neptem tuam auunculo suo tuo filio propinquuo semine conuenire, quia non agnationis ei legitimo iure sed cognationis copuletur necessitudine. Quasi vero & veteri-  
ni fratres, id est, diuerso patre, sed eadem matre geniti possint diuerso sexu inter se coniugio conuenire, cum & ipsi agnationis ius habere non queant, sed cognationis tantum sibi titulo connexi sint. Vnde oportet ab ea discedas intentione, quæ etiam silice-  
ret, tamen tuam familiam non propagaret. Debet enim tibi filius noster nepotes, debet etiam neptis carissima proneptes. Vale cum tuis omnibus. Tom.  
3.lib.8. Epist. Epist. 66.*

### VIII. In matrimonij usu spectandum esse si- nem propaganda prolis.

**P**ost hos autem dies concepit Elisabeth uxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens: Quid mihi sic fecit Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines? ] Magna sanctis cura est verecudia, ut plerumque in ipsis pudor voti sit, sicut hoc loco aduertimus sanctam Elisabeth, quæ utique filios habere cupiebat, occultantem se mensibus quinque. Quæ causa occultationis est, nisi pudoris? Est enim uniuscuique officio præscripta etas: & quod tempore decet, tempore non decet: atque mutatio facti uniuscuiusque mutat sepe naturam. Sunt etiam ipsis quedam tempora præscripta coniu-  
gio,

Cap. XI. De Sacramento Matrimonij. 301

gio, quando dare operam liberis sit decorum. Dum *Decorum* est anni vigent, dum suscipiéorum liberorum spes est, operam dare dum generandi v̄sus est in exemplo, copulæ quoque procreādis lus v̄sus in studio est. At vero ubi matura æui senectus beris dum spes successerit, & ætas regendis liberis habilior quam est suscipié docērandis, pudor est legitimus licet coitus indicia gerum liberorū. stare, & grauari alienę etatis onere, & tumescere aluum nō sui temporis fructu. Senes enim ab ipsa concluduntur ætate, & iusto intemperantiae pudore reuocantur facere opera nuptiarum. Adolescentes ipsi plerumque filiorum vota prætendunt, & excusandum arbitrantur ætatis calorem generationis affectu, quanto magis senibus agere turpe est, quod adolescentibus pudor est conficeri? Quinetiam ipsi iuuenes sobria timore diuino corda qui temperant, pta sobole ab suscepta plerumque sobole renunciant operibus iūsu matrimonientis. Et quid mirum de hominibus, si pecudes n̄j abstinent. quoque muto quodam opere loquuntur generandi Bestie generāsibi itidem, non desiderium esse coeūdi? Siquidem di studio con̄ vbi semel grauem aluum sibi senserint, & genitali aliquo semen receptum, iam nec cōcubitum indulgent, nec lasciuiam amantis sed curam parēis assumunt.

At vero homines nec concepiris, nec Deo parcunt; Homines bestios contaminant, hunc exasperant.\* Prius quam te, st̄is sepe int̄ inquit, formarem in utero, noui te, & in vulua matris perantiores. sanctificauit te. Ad coh̄ibendam petulantiam tuam, \* Hierem. I. manus quasdam tui auctoris in utero hominem formantis aduertis. Ille operatur, & tu sacri uteri secretum incestas libidine. Vel pecudes imitare, vel Decum verere. Et quid de pecudibus loquor? Terra ipsa à generandi opere s̄pē requiescit: & si impatienti hominum studio iactis frequenter seminibus occupetur, impudentiam multat agricola, & fecunditatem sterilitate commutat. Ita quidem in ipsis elementis ac pecudibus ab v̄su non cessare generandi, natura pudor est. Merito ergo etiam sancta Elisabeth erubescet gratiam, & si nō cognosceret culpam. Nam etsi concepit de viro, (Neque enim aliter

de hominis ortu fas est credere) tamē partus sui erat  
*Pudor est factus* besciebat etatē. Et rursus caruissle se gaudebat oppro-  
*minis nuptiarum* bro. Pudor est enim fœminis nuptiarū præmia non  
*rū præmia nō* habere, quibus hæc sola est cauſa nubendi. Hoc igi-  
*babere, quibus* tur opprobrium consolatur sui pudore sublatum, eo  
*hac sola est* pudore, ut dixi, quod pudebat eam propter etatem.  
*cauſa nubēdi.* Vnde intelligi potest, quia iam non conueniebant  
*Elizabeth &* inter se cōcubitu coniugali. Neque enim ea quæ se-  
*Zacharias nō* nilem non erubesceret coitum, erubesceret partum,  
*conveniebant* & tamen erubescit onus parētis quamdiu necit my-  
*inter se cōcu-* sterium religionis. Illa quæ occultabat se quia con-  
*bitu cōnjugali.* ceperat filium, iactare se cœpit quia generabat pro-  
*phetam.* Et quæ erubescerat ante, benedicit: & que  
*dubitabat* ante, firmatur. Ecce enim, inquit, ut vox  
*salutationis tuę facta* est in auribus meis, exsultauit  
*in gaudio* infans in utero meo. Itaque magna vo-  
*ce* clamauit ubi Domini sensit aduentum, quia reli-  
*gioſum* credit partum. Nulla enim cauſa pudoris,  
*vbi prophetæ ortus* data non affectata fidem gene-  
*rationis* ascisceret. *Tom. 5. lib. 1. Cōment. in cap. I. Luce,*

### *IX. Non licere Catholicis matrimonium contrahere cum infidelibus.*

*Sed prope nihil grauius quam copulari alienigenas, vbi & libidinis & discordiæ incentiuæ & sacrilegij flagitia conflantur.* Nam cùm ipsum coniugium velamine sacerdotali & benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest coniugium dici, vbi non est fidei concordia? Cùm oratio communis esse debeat, quomodo inter dispares deuotione potest esse coniugij communis caritas? Sæpe plerique capti amore fœminarum fidem suam prodiderunt, vt patrum populus in Beelphégor. \* Vnde Phinees arrepto gladio interfecit Hebræum & Madianitem fœminam, & mitigabat indignationem diuinam, ne totus populus extingueretur. Quid de pluribus ex-  
*Non potest cō-*emplis loquar?* Ex multis vnum proferam, vt cius  
*agiū diei, vbi* loſum sit cum cōmemoratione liqueat quam pernicioſum sit alienigenæ  
*non est fidei*  
*concordia.**

\* *Num. 25.*

*Quam pericu-*loſum sit cum cōmemoratione liqueat quam pernicioſum sit alienigenæ**

nigen⁹ mulieris asciuisse copulam. \*Quis fortior, & muliere infide  
ab incunabulis suis munitor Dei Spiritu quām Na- li matrimonij  
zaræus Samson? Eti⁹ proditus est, & ipse per mu- contrahere.  
liorem non potuit suam tenere gratiam. Tom. 3. lib. \* Indic. 16.  
Epist. 9. Epist. 70.

Constrinxit autem Abraham (seruum seniorem Abraham no-  
domus suæ) vt non de semine Chananæorum vxo- luit Isaac mu-  
rem accersiret domino suo, quorum generis auctor liere Chanæ  
patrem nou honorauerat, & ideo maledictionis he- næam ducere.  
reditatem transmisit in suos: vt cognoscamus fidem,  
& quandam hæreditatem de auctoris prosapia in ijs  
requirēdam, quo s nobis volumus adiungere. \* Cum \* Psal. 17.  
sancto enim sanctus eris, & cum peruerso peruer-  
teris. Si hoc in alijs, quanto magis in coniugio, vbi In cōiugio ma-  
vna caro, & unus spiritus est? Quomodo autem po- xima habēda  
test congruere caritas, si discrepet fides? Et ideo ca- ratio fidei &  
ue Christiane, gentili aut Iudeo filiam tuam trade- religionis.  
re. Caeu, inquam, gentilem aut Iudeam atque alie- Heretici &  
nigenam, hoc est, hæreticam, & omnem alienam à catholica fide  
fide tua vxorem accersitis tibi. Prima coiugij fides, alieni nobis a-  
castitatis gratia est. Si idola colat, quorum prædicant alienigenæ sūt.  
tur adulteria, si Christum neget, qui præceptor & re-  
munerator est pudicitiae, quomodo potest diligere Remunerator  
pudicitia? Si Christiana sit, non est satis, nisi ambo pudicitia Chri-  
moniati sitis sacramento baptismati. Simul ad ora- stus.  
tionem nocte vobis surgendum est, & cōiunctis pre- Vigilie chris-  
cibus obsecrādus Deus. Accedit aliud insigne casti- sis auorum.  
moniæ, si credas à tuo Deo tibi, quod fortius es, cō-  
iugium datū. Vnde & Salomon ait: \* A Deo, inquit, \* Prover. 19.  
præparabitur viro vxor. Non possunt hoc dispares  
fide credere, vt ab eo, quem non colunt, putent sibi  
connubij imparitam gratiam. Ratio docet, sed am-  
plius exempla cōmonuent. Species illecebra mulieris Exempla docet  
decepit etiam fortiores maritos, & à religione fecit infiustas esse  
discendere. Et ideo tu vel amori consule, vel errorem nuptias que  
cae. Primū ergo in coniugio religio queritur. Ideo inter dispares  
Abraham proximam quæsivit dare vxorē filio suo fide cōtrahens.  
Et tu proximam quære. Quis est proximus? Qui se- iur.  
cit,

\* Luce. 10.

cit, inquit, misericordiam. \* In Euangelio hoc dixit Dominus Iesus. Et tu proximan seminis Abraham require, & propinquam proximi tui. Semen Abraham Christus, ipse est proximus omnium, qui super omnes fecit misericordiam, tollens peccata mundi. Tom. 4. lib. 1. de Abraham patriarcha, Cap. 9.

Omnis qui dimittit vxorem suam, & dicit alteram, mœchatur: & qui dimissam dicit, mœchatur.] Prius arbitror dicendum de lege coniugij, ut postea de prohibendo diuortio disputemus. Quidam enim putant omne coniugium à Deo esse, maxi-

\* Matth. 19.

\* 1. Cor. 7.

me quia scriptum est: \* Quæ Deus coniunxit, homo non separat. Ergo si omne coniugium à Deo, omne coniugium non licet solui. \* Et quomodo Apostolus dixit: Quod si infidelis discedit, discedat? In

quo mirabiliter & noluit apud Christianos causam residere diuortij, & ostendit non à Deo omne coniugium. Neque enim Christiani gentilibus Dei iudicio copulantur, cum lex prohibeat. Sed occurrit illud, quod ait Salomon: \* Domum & substantiam patres partiuntur filiis, à Deo autem præparabitur viro vixit. Quod qui in Græco legit, non putat esse contrariū. Bene enim dixit Græcus ἀγαπήται. Harmonia enim, conueniens & apta rerum omnium dicitur commissa connexio. Harmonia est, cum fistulis organi per ordinem copulatae legitime tenent gratiam cantilenæ, chordarumque aptus seruat ordo concordiam. Itaque non habent harmoniam suam nuptiæ, quando Christiano viro gētilis mulier non legitime copulatur. Ergo ubi nuptiæ, harmonia: ubi harmonia, Deus iungit. Vbi harmonia non est,

\* Prover. 19.

pugna atque dissensio est: quæ non est à Deo, \* quia Deus caritas est. Tom. 5. lib. 8. Commentariorum in cap. 16. Luce.

\* 1. Ioan. 4.

FINIS LIBRI TERTII.

CON-